

DISSERTATIO ACADEMICA,

VATICINIUM MICHÆ FENNICE VERSUM
NOTISQUE ILLUSTRATUM

SISTENS,

CUJUS PART. I.

CONSENSU AMPLISS. FAC. PHIL. ABOËNS.

PUBLICÆ CENSURÆ SUBJICIUNT

MAG. BENJAMIN FROSTERUS

S. S. Theologiae Docens

&

CLAUDIUS ALBERTUS TULINDBERG

Stipendiarius Publicus,
Ostrobothniensis.

In Auditorio Theol. die IX Junii MDCCCXXI.

b. a. m. s.

A B O Æ, Typis FRENCKELLIANIS.

PRÆPOSITO
CONTRACTUS WASENSIS SUPERIORIS
ET ECCLESIARUM IN ILMOLA
PASTORI,

M_{AG}. ERICO JOH. FROSTERO,

DE S. WOLODIMIRO IN IV CLASSE EQUITI,

FRATRI DILECTISSIMO

D. D. D.

AUCTOR.



Inter magna & immortalia majorum erga nos merita, haud
scio an maximum sit, quod aditum nobis pararint ad eum fon-
tem, unde omnis, & religionis, & virtutis integrior cognitio
bauriatur: transtulerunt in dilectam patriæ linguam sacros,
tum Veteris, tum Novi Testamenti libros, magnaque erudi-
tionis, qua fuerunt instructi, copia, bene plerumque transtu-
lerunt. Confici autem in exantlato ipsorum opere vitia quæ-
dam, vel minora, vel majora etiam atque graviora, eum
minime offendet, qui, quantum temporum rationi &
ingenio tribuendum sit, perspexerit, minimasque mortalibus
suppeditare vires ad optimum quodque & perfectissimum ri-
te conficiendum, probus meminerit. Est autem præterea
negotium hoc per se difficile judicandum. Quemadmodum
enim tabula quævis picta ab eo vix poscit exponi & ex-
plicari, qui facta, in eadem ante oculos proposita, ignoret;
ita fere difficile est sacrorum librorum interpreti, verum eo-
rundem semper eruere sensum. Ut igitur eam omittamus
ambiguitatem, quæ in quibusunque scriptis, & verbis, &
ditionibus inesse solet, ex duabus præsertim causis exoriri no-
bis videtur ista difficultas: aut enim ex eo nascitur, quod ar-
gumenta historica, rem proprius illustrantia, defint nobis, aut
ex eo deducitur, quod monumenta hæc litteraria, quæ ex tan-
ta vetustate accepimus, cuius neque ingenium, neque mores
satis nobis familiares reddere possumus, circa res per se obscu-

ras versentur, tantoque obscuriores, quo minus auctores eorum in scribendo quieto & tranquillo fuerint animo, sed potius fervido & commotissimo pectore ad hoc negotium accesserint. Neque tacendum putamus, Scriptores Sacros, si eruditæ & in scientiæ quandam formam redactæ orationi satis adfuevissent, in rebus quoque difficilioribus multo majori perspicuitate uti potuisse; quem si semper in scribendo observasent ordinem, ut ita dicam, systematicum, vehementer interpretum labores imminuisserent. Hinc etiam facilis redditur ratio, cur omnes, non solum Veteris, sed & Novi fœderis codices dogmatici argumenti, minimo plerumque successu in alienam lingua conversi.

Hujus vero generis difficultates sempiternæ sunt, neque unius vel alterius ævi interpretes, sed omnes omnino sollicitant, quocunque tempore extiterint. Sunt vero aliæ, quæ ad certa tempora pertineant & quæ nostris quoque interpretibus molestiam crearint: imperfectior, puta, tum linguarum antiquarum, tum linguae vernaculæ scientia. Quantum autem profecerit philologia sacra, & Hebræa in primis, ultimum præterlapsis quinquaginta annis, omnes sciunt, quamobrem auxiliis & adjumentis longe melioribus nosmet jam fruimur, quam qui versionem antiquam exararunt. Sperandum igitur videtur, & jure sperandum, multa Scripturæ Sacrae loca, reliquias quam huc usque, hodie jam reddi posse; fieri enim non potest, ut fructu & utilitate careant virorum in hoc genere fagacissimorum studia & labores. Quod vero de vernaculæ linguae peritia diximus, ne id quidem temere nobis dixisse

vide-

videmur. Quamvis enim in eorum sententiam minime discedimus, qui versionis Fennicæ auctores imperitiæ sermonis Fennicæ audacter accusant, potius autem eos justis laudibus grato animo prosequimur; confitendum tamen censemus, etiam hanc disciplinæ partem, quæ esse solet ratio omnis scientiæ & eruditionis, non decrevisse, sed læte invaluisse majusculmen & fastigium attigisse. Prodierunt in lucem nostris temporibus varia hac in re pericula, quæ & erudita habentur, & bene perspectam esse linguæ naturam abunde testantur. Diligenter inquisitum est in orthographiam quoque Fennicam & justis argumentis probatum, antiquam, huc usque vulgo usitatam, genio linguæ multis in partibus inimicam & incongruam esse. Quam quoque disquisitionem, non infructuofam fore, sed multum & utilitatis, & decoris scriptis nostris Fennicis allaturam esse, certo confidimus ^{*)}).

Diximus igitur nostro jam ævo, vel plura, vel magis fructifera esse in interpretandis libris sacrī auxilia, quam quibus usi sint interpres nostratū veteres, majusque sic injunximus nobismet officium, melius quiddam hoc in genere præ-

A 2

standi;

^{*)} Disseruimus pauca de difficultatibus quibus angli & premi solet Scripturæ Sacræ interpres, quarum ne ea quidem exigua est, quæ ex diverso linguarum ingenio oritur, qua autem interpretem Fennicum non posse laborare, facile intelligitur. Est enim stupenda omnino linguae vernaculæ cum Hebræa similitudo, in verbis, nominibus, pronominibus, præpositionibus, participiis, quin etiam in syntactica verborum compositione. Quæ singulæ, quamvis quidem jucundissima, & loci angustia, & consilium operis, diligentius explicare vetant.

stanti; est namque nobis propositum, ex codice Hebræo, carmen Michæ Prophetæ in idioma Fennicum transferre. Sed si præter opinionem accidat, ut deletis antiquis totidem fere nova in opusculo nostro reperiantur vitia, is tamen hujus laboris, interpreti faltem, est fructus, ut cum vires exerceat, tum ad diligentius ipsius artis studium eum alliciat. Quamobrem, qualemunque præstare potuerimus, habeto hic L. B! Ut vero cuique potestas sit suis lustrandi oculis antiquissimam Versionem Fennicam, eamque cum recepta & nostra comparandi simul habeat occasionem, ipsam junctim afferre, valde nobis probatum fuit: id quod neminem offensurum, sed sermonis patrii atque rei Biblicæ amicis gratum quoque & acceptum fore, pro certo speramus °).

Pauca adhuc de ipso Vate adnotasse juvat. Vixisse MICHAM regnibus JOTHAMO, AHASO & HISKIA (759—722 a. Chr.) Iude Regibus, oriundumque fuisse ex vico quodam Judaico Moreset, ipsum testatur carminis initium. Durante horum imperio vaticinatus est contra Israelem & Judam, quorum utrique poenas, quas ob idolorum cultum, crudelitatem, oppressiones atque rapinas internas bene meruerant, commoto vehementissime animo prædictit. Tres in Vaticinio hoc deprehendi

°) Antiquissimæ hujus versionis integer titulus hic legitur. "Biblia, se on: Coco Pyhå Ramattu, Suomexi. Pâdramattuin, Hebrewan ja Grecan jälken: Esipuhetten, Marginaliaain, Concordantiain, Selitösten ja Registerein kansa. Stockholmis, präntatty Henrich Keisarilda, Anno 1642." Qui historiam versionum Fennicarum bene paucis comprehensam cognoscere voluerit, adeat. J. A. EDMAN *Vaticinium Nahumi Latine & Fennice redditum notisque illustratum*. Part, I. & II. Aboæ 1818.

hendi orationes, diversis temporibus habitas, persvasit sibi EICHORNIUS, quarum primam Capp. I—II, secundam III—V, tertiam VI—VII contineri putat ^{*)}), quam vero divisionem veram fieri posse, jure dubitare videtur DE WETTE, ^{**)}) cum & initium, & finis cujusque orationis vix posit vere describi. Neque ille tamen, quo anno singulæ harum recitatæ fuerint, quidquam statuere est ausus, quum inter initia imperii JOTHAMI, diemque quo in exsilium a SALMANASSARE rapetur *Israel*, intervallum esset annorum triginta & octo, ad quod fine dubio totum carmen est referendum. Dicendi genus quod attinet Vatis nostri, sublime id omni jure est appellandum; quod vero nimium fervet, abrupta saepe redditur oratio & inde etiam obscurior. Paronomasis Cap. I: 10 — 15 accumulatis insignis est, & dictione bene utitur dialogica Cap. VI: 1—8. VII: 7—20. Ut autem ipse eum audias, præmissis his, ad eum nos jam convertamus.

Ver

^{*)} *Einleitung in das Alte Testament. Dritter Band. Dritte verbesserte und vermehrte Ausgabe.* Pag. 305, 306.

^{**) Lehrbuch der hist. Krit. Einleitung in die Bibel Alten und Neuen Testaments. Erster Theil.} pag. 263.

Versio nostra.

Cap. I.

Ilmestys Herralta, joka Moresetin Michalle suotuij Gothaan, Ahaksen ja Zebiskian, Judan Kuningasten aikana; täsmän näki hän Samariasta ja Jerusalemissa a).

2. Kuulkaat kaikki kansat, käännä tänne kovwas sinä maa, ja kaikki kuin sinä on: Herra Jumala tulee todistajaksi teitä vastaan, Herra pyhyydensä linnasta b).

3. Sillä katso, Herra lähtee siastansa, astuu alas ja kävelee maan kultuloilla c).

4. Vuoret sulaavat hänen allansa ja laakset pakahtewat; niinkuin medenwaha tulen paisteesta, ja niinkuin ne wedet jotka korkialta lastewat d).

5. Raik-

a) Vocem *sana cum ilmestys commutavimus*, postulante hoc linguae consuetudine. *Tapahui delevimus, quod de rebus, forte accidentibus, potissimum usurpatum;* *Suotiin curante id Deo factum esse indicat.* Quo tempore exorta sit hæc vaticinii inscriptio, incertum.

b) Sic quidem nobis persvasimus, particulam i hoc loco causalem esse, non copulativam; indicatur enim, obiter quasi, causa, qua diligentissime attendendum sit ad sermonem Prophetæ, quæ vero in sequentibus ulterius explicatur. Hæc est nostræ versionis ratio. Si vero Deum, ut cum pluribus arbitratur ROSENMÜLLERUS, testem citasset Noster de ea fide eoque studio, quo sanctum ejus mandatum ad populum refractarium deferret, sine dubio scribendum ei

Versio antiquissima.

Cap. I.

Såmå on Herran sana, jo ka tapahdui Michalle Maresast,
Jothamin, Abhaven, ja Zehiskian, Zudan Euningasten aicana,
jonga hän näki Samariast ja Jerusalemist.

2. Coulcat caicki Canssa, sinå maa, ota waari, ja
caicki cuin sijnå on: sillå Herran Innalan on puhumist tei-
dän cansan, ja Herran hänен phästää Templiståns.

3. Tadzo Herra lähte siastans, astu alas ja poske maan
corkeutta.

4. Nijn etta wuoret pitå sulaman hänен allans, ja la-
pot halkevan, nijn cuin medenwaha sula tulen edes, ja nijn-
cuin ne wedet, jotta wuotawat ales.

5. Caicki

fuisset לְעֵד בִּנֵּי וּבִנָּכֶם Cfr. 1 Mos. 3^a: 44, 48. 2 Mos.
20: 16. Ne templum Hierosolymitanum cogitetur, pro
templistä dedimus linnasta, quod primariae vocis חיכל si-
gnificationi melius respondet & sensum reddit aptiorem:
"descendere" dicitur Deus, in commate sequenti, ex pala-
tio excuso, h. e. coelo.

c) Non dubitavimus kävellä præferre τω polkia, quamvis &
hæc competit significatio verbo ρρ; sed illam svadet præ-
cedens particula ς. Calcandi notione semper, ni fallor,
sine præpositione dicitur. LXX habent: οαι επιβησται
επι τω υψη της γης." DE WETTE & AUGUSTI: "Schrei-
tet über der Erde Höhen."

d) "Tunc montes sub eo liquefiant, ut cera igni admota, &

5. Kaikki tāmā Jakobin synnistā ja Israelin huoneen rikoksiista. Misä on Jacobin rikos? eikö Samariaisa? Ja missä Judan kukkanat? eikö Jerusalemisä? e).

6. Sentähden teen minā Samarian autioksi kedoksi ja wiinapuitien istutusmaaksi; minā wiörytän laaksoon hānen kiwenisā, ja paljastan hānen perustuksensa f).

7. Kaikki hānen epājumiasansa pitää rikottaman, kaikei hānen rikkaidensa pitää tulella pōstettaman, ja kaikki hānen kuivansa tahdon minā tyhiäksi hāwittää; sillä porton palkasta on hān nāmat kōnnut, ja porton palkaksi pitää nāiden jäljensä tuleman g).

8. Minā

valles findentur, ut aquæ per declivia præcipitatæ," hunc versum interpretatur DATHIUS, & ita simile simili bene adjungit. Sed est hoc aliquantulum liberius, quare euna sequi noluimus; facili enim negotio cuique patebit, metaphoram sic esse explicandam, quamvis ordo verborum non immutetur.

- e) Affertur iam causa, cur Deus ex cœlo alto desceñsurus esset, testis, tum Judæis, tum Israelitis periculosissimus. Quod sequitur, sic ad verbum esset vertendum: quis est scelus Jacobi? nonne Samaria? Quis excelsa Judæ? nonne Jerusalem? Cum autem perspicuum sit, heic de auctore scelerum, in utroque regno dominantium, quæri, non male nobis expressisse videmur (versione nostra) auctoris sententiam: tenacius verbis adhærere vetat linguae consuetudo. Kukkanat pro peccatis in ipsis commissis. Prophetam loqui de idolorum fanis arisque, in collibus constitutis, haud est obscurum. An vero legendum sit, ut voluit DATHIUS, חנוך pro בירית, criticis relinquimus; nullam urgere videmus necessitatem.